



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 97. Piscarius Marchio Hispaniæ Orator Tridentium veniens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

dæ sunt voces. Verum Pontifex hac importunitate magis irritatus subito discessit, nec ullum Legato dedit responsum, quo sibi satisfactum crederet.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

§. XCVII.

*Piscarius Marchio Hispaniæ Orator
Tridentum veniens.*

Demum molestiam, quæ Legatis ex *Pallav. c. 7.*
Regis Hispaniæ querelis accesserat, nonnihil temperabat adventus Pif-

carii Marchionis, qui Mediolanum reversus quarta ante Sessionem die decima Maji Tridentum venit mandatis admodum moderatis instructus: porro primum, quod postulabat, erat, ne Index librorum ab Inquisitione Hispanica confectus immutaretur quoad ea, quæ Domini sui Regna spectarent: alterum vero fuit, ne illis, qui huic Inquisitioni subiecti sunt, securitatis literæ concederentur. Ad utrumque Legati respondebant, quod supervacaneum esset ejusmodi postulata proponere, cum jamjam in Regis gratiam desuper sanctio præcessisset. Pariter iidem Legati non sine animi sui lætitia perceperunt, quod hic Orator recusasset se conjungere Hispanis Præsulibus, qui residentiam juris divini esse declarare pertinacius postulabant.

M m 5

§. XCVIII.